

**Q**uid em̄ per filias hierusalē: nisi cum non filios sed filias dixerit intelligimus: nisi nos debiles: q̄ in ecclesia: nō virti: sed femine sumus: quia contra vicia fortiter nō reluctamus: viriliter resistimus: in utiliter subiacem⁹. Hierusalē em̄ visio pacis interpretat: per quā ecclesia q̄ est mater nostra designat: eo q̄ assidue pacē perpetuā contemplant. Si ergo nos in serculo regis colūpne argenteę non sumus: reclinatoꝝ aureū non habemus. Per ascensum purpureū ascendere nō valemus: saltem charitatē que cōmūis omnibus electis que quasi in medio posita est: teneamus. Per hāc quippe rex salomon nos in serculo suo esse cognoscit: quia in eo cū columnis argenteis cū reclinatoꝝ aureo cū ascensu purpureo: ppter filias hierusalē: etiā media charitate cōstruit: quia cū summis ecclesie mēbris ad eandē sponsi beatitudinē peruenimus: si charitatē indefessam obseruamus. Sequit:

**R**egredimini filie sion et vide te regem Salomonem in diademate: quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius: et in die leticie cordis.]

**M**ater xpi beata maria esse credit: que coronauit eū diademate: q̄ humanitatez nostrā ex ipsa ipse assumpsit: sicut in euangelio recitat. Et hoc in die desponsationis eius: et in die leticie cordis eius factū esse dicit: quia quando vnigenitus filius dei deitate suaz humanitati nostre copulare voluit: quādo per bonā voluntatē suam tempore oportuno ecclesiā suam sibi assumere placuit: tūc cum charitatis exultatione carnem nostrā ex matre virgine suscipere voluit. In qua cū dolubus p tempore viuēs: de redemptione nostra vehementer exultauit. Sed cū diadema p gloria assumat: in humanitatis autem susceptione nō gloria verbi dei: sed humilitas esse cognoscat: quomodo in humilitate nostra quasi dyademate coronatus fuisse

dicitur. Sed cuz ip̄a eius incarnatio vere gloria nostra fuerit: quia membra eius in unum propter cōmunionē corporis dyadema membrorū bene capitulis scriptura prescribit. Sic itaq; quia a sponsa laudatur: et ip̄e vtiā spon̄ā laudare dignat dicitur.

**Capitulū III A**  
**Q**uam pulchra es amica mea: q̄ pulchra es et decora: oculi tui columbarum: absq; eo quod intrinsecus latet.]

**Q**uia hec superius exposuimus: ut potuimus: nūc eadem repetere propter breuitatē seruandā deuitamus. Sed quia ad iunctū est absq; eo quod intrinsecus latet: breuiter videndū est: quomodo superius coniungat. Pulchra est ergo sp̄s et oculi eius columbarū: absq; eo qd̄ intrinsecus latet: q̄ valde honestū est quicquid in exterioribus operat: q̄ simpliciter inter homines conuersat: q̄ ea que videt temporaliter cōcupiscere veditat. Est quid tamē in hoc mūdo placet: post cōcupiscentias suas ire detestatur. Sed rehemēter pulchrius et honesti⁹ est: q̄ cordis desiderii illibati retinere conat: q̄ eterne beatitudinis claritatē in mente retinet: et erecta contemplant: q̄ in his que interius videt: suauiter requiescit: et mūdā. Sequit.

**S**capilli tui sicut greges caprarū: que ascenderunt de monte galaad.]

**S**i per oculos predicatoros ecclesie designant: quia ceteris viam ostendūt: bene per capillos populi figurant: qui eidem ecclesie ornatū tribuūt. Capilli ergo sponsi sicut grex caprarū esse dicunt: quia populi ecclesie dū precepta legis ruminātes celestia fide contemplant: mūda sunt animalia et in altis pascunt. Galaad autē aceruus testimonij interpretat. Quid autem per aceruū testimonij: nisi multitudine

martyrū intelligimus? quia dum fidem  
p̄i in superabiliter tenuerūt: eos testimo-  
nii veritati etiā per mortē suā perhibu-  
isse scimus. **G**rex itaq; ille caprarū de mon-  
te galaad ascendit: quia populus ecclesie  
eo magis fide se ad eterna suspendit: quo  
fortius sanctos martyres eidem fidei testi-  
monii perhibuisse sciuit. **S**equit̄.

**D**entes tui sicut grex tonsa-  
rū: que ascenderūt de lauacro.]

**S**icut per oculos predicatorum intellis-  
gunt: quia per eos ecclesia illuminat̄ simi-  
liter et veritate eiusdem possunt vici: quia  
per eos infideles consumūtur: et paruuli  
nutriūtur. **D**entes quippe sancti predi-  
catores vocant̄: quia dum sanctā scriptu-  
ram exponēdo minoribus fratribus eluci-  
dant: quasi panē paruulis: tanq̄ matres  
filij comasticant: quo infirmi ad fortiora  
cōualefcant. **H**i nimirū bene sicut grex tō-  
sarū que ascenderūt de lauacro esse dicū-  
tur. quia dum se a peccatis omnibus in ba-  
ptismo ablutos esse recordantur: libenter  
onera mūdi deponūt: vt ad celestia conse-  
quēda et predicanda: quo libentius: eo faci-  
lius gradiunt̄. **D**e quo subdit̄.

**O**mnes gemellis fetibus: et  
sterilis non est inter illas.

**G**emellos fetus omnes sancti predicatorum  
habent: quia vix in duobus preceptis  
charitatis ceteros homines supereminēt  
geminā dilectionē predicant̄: et in eo duos  
populos iudaicū et gentilem gignere non  
cessant. **I**nter quos nullus est sterilis: quia  
profecto predicator nō est dicendus: si fili-  
os spirituales gignere contempnit. **D**e qui-  
bus adhuc subdit̄:

**S**icut vita cocciea labia tua  
et eloquiū tuum dulce.]

**I**dem predicatorum labia ecclesie dicun-  
tur: quia nimirū per eos populis precepta  
vite loquit̄. **Q**ui bene sicut vita dicunt̄:  
quia dum fluxas cogitationes in cordibus  
hominū suis predicationibus restringunt:  
quasi sparsos crines ne immoderate de-

fluant reprimūt. **S**ed quid est quod nō tan-  
tum vite: sed cocciee comparant̄: nisi quia  
per cocci flamma charitatis intelligitur?  
quia illi ardent et per eos alij accendunt̄:  
per quos eloquiū sancte ecclesie dulcora-  
tur: quia dum que dicūt faciūt: predicationes  
suas hominibus quasi lapidas estas  
apponūt. **S**equitur.

**S**icut fragmen mali pomi:  
ita gene tue: absq; eo quod intri-  
secus latet.]

**Q**uod per genas ecclesie: nisi ipsos pre-  
dicatores intelligimus? quia dū in popu-  
lis: vt eis proficiat̄ eminent: quasi in facie  
ecclesie manifesti apparet̄. **P**er malū au-  
tem punicum ipsa ecclesia designat̄: quia  
dū multos populos in vnitare fidei nutre  
quasi multa grana sub vno cortice strigit:  
quia dū grana diuino seruitio ceteris for-  
tius affligūt: dum se vt omnia mūdana cō-  
tempnūt: dum volūntates suas abnegant:  
et vicia sua omnino mortificāt: ceteros ex-  
tollant: et seip̄s humiliāt: dum per exem-  
pla sua ceteros nutriūt quasi fracti et agri  
se cibos offerūt. **S**ed quis magna sint quę  
extrinsecus apparet̄: maiorā tamen in oc-  
culto retinent: que potius oculi soli vidēt̄.  
**M**eo subiectum est. [ **A**bsq; eo quod in-  
trinsecus latet. ] **S**equit̄.

**S**icut turris dauid collum  
tuum: que edificatur cum pro-  
pugnaculis.]

**C**ollum quippe extendimus: quando  
longius p̄spicere volumus. **P**ropter ali-  
ud ergo sancti predicatorum oculi: p̄pter  
aliud dentes: propter aliud genę  
et collum: propter aliud conuenienter vos  
cantur. **B**ene igitur sicut turris dauid:  
collum sancte ecclesie dicitur: quia san-  
cti predicatorum procul venientes hostes  
sancte ecclesie specularunt: et fortiter res-  
sistunt: si quid in eo ledere conantur et li-  
bere terrena despicientes: celestia con-  
templantur. **C**ollum ergo propter hostiū  
speculationē: turris vero dauid propter  
b 2

fortitudinē et ppter excelsum celestiu gau-  
dioꝝ contemplationē. **Q**ue turris recte  
dauid esse dicit: quia dauid manu fortis  
interpretat: per quod xp̄us significat: cu-  
sus est quicquid forte et excelsum operat.  
De qua subditur.

**Q**ue edificatur cum propu-  
gnaculis. **M**ille clypei pendēt  
ex ea omnis armatura fortiu.]

**C**um ppugnaculis turris dauid edifi-  
cata dicit: quia sancti predicatorēs cōtra  
aduersarios homines si necesse sit: miracu-  
lis armant. **C**ontra vicia autē se clypeis  
muniūt: quia ne spiritualib⁹ hostibus suc-  
cumbāt: virtutibus se defendūt. **I**n que-  
bus omnis armatura fortiu pendet: quia  
quisquis hostiu cuneis: fortiter resistere  
vult: in eis exempla videt: quibus arma-  
tus hostes strenue valet superare. **M**il-  
le autē hic pro perfectiōe ponitur: quia in  
millenario numero omnes numeri perfecte  
complent. Sequit̄.

**I**n duo vbera tua sicut duo hin-  
nuli capree gemelli: qui pascun-  
tur in lilijis donec aspiret dies et  
inclinentur ymbre.]

**P**er duo vbera duo pdicatorꝝ ordines:  
vnius in circumsione: alius in prepucio de-  
signant. **Q**ui bene sicut duo vbera hin-  
nuli capree dicunt: quia et filij synagoge  
existit: et in mōtib⁹ contemplationū pas-  
cunt. **G**emelli vero ideo dicti sunt: quia  
cōcorditer predicāt: et concorditer sapiūt.  
**I**n lilijis vero pascunt: donec aspiret dies  
et inclinent ymbre: quia mundiciā infatigabiliter  
sectant: donec in die iudicij pre-  
mia recipiāt: que in labore noctis assidue  
contemplant. Sequit̄ sponsus dicens:

**A**d adam ad montē mirrhe:  
et ad collem thuris.]

**Q**uid per montē mirrhe: nisi forte alti-  
tudinē mortificatiōis in opere? **E**t quid  
per collem thuris intelligimus: nisi altam  
humilitatē in oratiōe. **A**d montem ergo

mirrhe: et ad collem thuris sponsus vadit  
quia eos familiariter visitat: q̄s per mortifi-  
cationē vicioꝝ ad alta p̄ficere: et per mū-  
das et humiles oratiōes suaviter redolere  
p̄spicit. **D**s quippe virtutibus sancta ec-  
clesia: vel vnaqueq; anima mūda efficit:  
quia dū per voluptatū mortificationē vici-  
a reluctat: et per sanctas oratiōes frequē-  
ter lachrymis abluit: sordes lauacri spon-  
so placeat: quia pulchra apparere conat̄.  
**C**uius conatū ad effectū sponsus pec gra-  
tiā suam ducit: opusq; suū in sponsa beni-  
gne laudat dicit.

**T**ota pulchra es amica mea  
et macula non est in te.]

**C**um scriptū sit: **M**emo viuisti sine peccatis  
tō nec infans cuius vita est vnus diei sa-  
per terrā. **Q**uid est q̄ spōsa tota pulchra  
esse dicit: in qua macula non habet? **A**l-  
bi quippe scriptū est. **S**telle nō sunt mun-  
de in cōspectu eius. **E**t alibi. **I**n multis  
offendimus offes. **E**t iohānes apostol⁹  
ait: **S**i dixerimus: quia peccatū nō habes-  
mus: veritas in nobis nō est. **E**t idē. **S**i  
dixerimus: quia peccatū non habemus:  
mentimur: et veritatē non facimus. **S**ed  
dū sancta anima a peccatis quotidianis  
se per penitentia mūdāt: dum quotidiē  
peccata minuta cū lachrymis abluit: et a  
maioribus se obseruat: quāuis frequēter  
peccet: per assidua tamen penitentia mū-  
ditā suam assidue seruat. **H**inc etiā alibi  
precipit. **S**emper sint vestimēta candida  
**E**t illud. **I**ustus autē erit sicut viuus. **Q**uā-  
uis etiā mor v̄ peccatā: a iusticia deuicta  
men dū semper credit in eū qui iustificat  
impī: et assidue sub eius fide peccata sua  
desert per assiduas ablutiōes iusticia suā  
retinet. **S**e igitur ita mādanti sponse cō-  
sequenter dicitur:

**V**eni de libano spōsa mea  
veni de libano: v̄t coronaberis

**L**ibanus quippe dealbatio interpreta-  
tur. **Q**uid ergo per libanū: nisi baptisma  
intelligit: in quo sancta ecclesia aqua ab-  
luit: a peccatoꝝ ingredine per spiritū san-

etiam que recipit: et per xpi fidem dealba-  
tur. Unde scriptum est. **Asperges me dñe**  
**rosopo et mūdabor etc.** De libano ergo san-  
cta ecclesia ad coronam venit: quia in xpi  
baptismo fidē precipit sub qua cū xpi gra-  
tia mereat: ut premiū percipere possit. **Et**  
**quid est q̄ dicit: Veni: nisi q̄ in fide et in**  
**spe et in charitate quicquid operat: substi-**  
**tuat: ut his tribus munita virtutibus ro-**  
**bur habeat: per inuita nō laceat.** De fide  
enim dicit. **Fide mūdans corda eoy.** Et  
iterum. **Sine fide impossibile est placere**  
**deo.** De spe autē dicit: **Non confundent**  
**omnes qui sperant in te dñe.** Cui iterū di-  
cit: **Quis est in te sperans: et derelictus**  
**est: De charitate autē dicit: Caritas ope-**  
**rit multitudinē peccatoroy.** Et iterū. **Si di-**  
**stribuero omnes facultates meas in cibos**  
**pauperū: et si tradidero corpus meū ita ut**  
**ardeat: charitate autem nō habuero: nihil**  
**sum.** Et iohānes apostolus. **Deus chari-**  
**tas est.** Potest tamē et aliter intelligi: q̄  
ter dicit: **veni. Venit spōsa sancta ad xpm**  
**dum in hoc mūdo vltiēs: bona que potest**  
**operat. Venit quādo in hora mortis ani-**  
**ma videlicet sponsa a carne exiit. Venit**  
**tertio: quādo in iudicij die vltimā carnem**  
**refumit: et cum xpo thalamū celestē ingre-**  
**dit.** Ibi quippe omniū laborum suoy pre-  
mia consequit. Ibi tam offitino prostratis  
et exclusis hostib⁹ gloriose coronat. Ideo  
et hic per promissionē dicit:

**Coronaberis de capite am-**  
**mana: de vertice saur et hermon:**  
**de cubilibus leonum: de monti-**  
**b⁹ pardoy.**

**Quid per ammana saur et hermon noīa**  
**videlicet montiū: nisi potentes hui⁹ secu-**  
**li intelligunt? Qui quāto ditiores tanto**  
**excelsiores et firmiores apud infirmos es-**  
**se vident. Sed de his montibus sancta**  
**ecclesia coronat. Quia dum regnū predi-**  
**cat eternū: dum exemplo suo oīa que nū-**  
**di sunt vilia esse demōstrat: ipsos etiā po-**  
**tes ad penitentiā inclinat: et sibi ip̄i p-**  
**oy acquisitione coronā in celestibus pa-**

rat. Sic quippe fit: ut humiles superbos  
prosternat: et infirmi excelsos inclinent.  
Ideo scriptū est. **Omnis vallis implebit**  
**et omnis mons et collis humiliabit.** Sed  
quid est q̄ non solū de montibus: sed etiā  
de capitibus montiū coronāda esse dicit:  
nisi q̄ impletū videmus: quia iam ip̄e ex-  
celsiores persone in xpm credūt: et eius p̄-  
ceptis per ecclesie p̄dicationē obediunt.  
Reges em̄ et imperatores xpo seruiūt: co-  
ronas deponūt: et per penitentiā in eccle-  
sia ventā petunt. Si itaq̄ per capita mō-  
tiū summas personas intelligimus: bene  
per cubilia leonū et montes pardoy: prin-  
cipes quicq̄ et ministri designant: qui cru-  
delitati deseruiūt: et volostatib⁹ suis: quā  
quos nō possunt ledere decipiūt. Pardi  
quippe maculas in cute semper portant.  
Per quod quos allos q̄ hypocritas vel  
discordes significant. In illis quippe qui  
crudelitātē sectant: demones tanq̄ leo-  
nes cubant. In illi vero quasi pardi mon-  
tes edificat: quos dū vicijs suis aliquas  
virtutes admiscere consentiūt: pro omni-  
bus bonis suis laudis gloriā affectare cō-  
pellunt. Hi itaq̄ vere pardoy varietatē  
sectant: qui dum cū virtutibus etiā vicia  
imitant: in vario corio coloris et dissimili-  
tudine diuidunt. Sed de cubilib⁹ leos  
nū et de montibus pardoy ecclesia corona-  
tur: quia dū per eius p̄dicationē et crus-  
deles ad pietatē: et hypocrite ad vite hu-  
milis vnitatē conuertunt. Pro his omni-  
bus premiū percipiet: quod meretur Cui  
iterum dicitur:

**Vulnerasti cor meum soror**  
**mea sponsa vulnerasti cor meū:**  
**in vno oculoꝝ tuorum: et in vno**  
**crine colli tui.**

Per oculos sancte ecclesie predicatores  
sicut dictū est designant. Per crines ve-  
ro populi multitudo figurat: per collū au-  
tem sancta capitis et cordis coniunctio de-  
monstrat: que fides ecclesie intelligitur.  
Per hāc enim caput et corpus coniungun-  
tur: dum xpo quisq̄ tenaci⁹ inheret: quod

fidellor in bona conuersatione habet. In vno ergo oculor & in vno crine colli sponse sponfus vulnerat: quia profecto vsq; ad mortē crucis afficit: vt vnitas predicator & plebs in ecclesia confirmet. **P**e cuius dilectio erga sponsum: iteruz subdit sponfus:

**P**ulchre sunt mame tue soror mea sponsa.]

**Q**uid per mamas conuentētius in hoc loco q̄ ipsa dilectio dei & proximi: de qua superius dixim? intelligit: per quas mēs sancta omnes sensus suos suaui dilectione nutrit: dum deo suo charitatis tenacitate conglutinat: & proximis si quid vtilitatis habet quomodo libet libētē impendit. **H**as mamas sponse quantū sponfus diligit in repetitioe laudis: aperte manifestat dicens:

**P**ulchriora sunt vbera tua vino.]

**Q**uod superius de sponsi vberibus diximus: hoc & hic cum sponfa loquit: intelligi posse estimamus.

**R**Et odor vnguentor tuoruz super omnia aromata.]

**P**er vngueta quippe ipse virtutes que ex charitate oriunt: intelligunt. **H**abent quippe etiā reprobi: aliquādo aromata: quibus redoleat: quia virtutes quasdam possident: & bona opera perpetrāt. **S**ed quia sine charitate viuūt: in cōspectu dei nulla que faciūt placent. **U**nde in iudicio cū dicent: Domine: nōne in nomie tuo pphetauimus: & in noietuo virtutes multas fecimus? **R**espondebit eis: Nunq̄ noui vos: discedite a me omnes operarij iniquitatis. **B**ene ergo vngueta ecclesie super oia aromata redolere dicunt: quia & si opera reprobos aliquādo hominibus placet. **H**ec que sancta ecclesia ex charitate cōfiscit: in diuinis naribus sine cessatione redolent. **S**equit.

**S** Fauus distillans labia tua sponsa.]

**P**redicatores ecclesie bene labia spōse esse dicunt: qz per eos populis loquit: et per eos ad fidē paruuli quos erudiunt: dū per eos occulta scripture quasi cordis latecia manifestant. **I**n fauo aut mel later & cera videt. **R**ecte ergo sponse labia fauus vocant: quia dū in carnis fragilitate sapiētia magna habet: quasi mel in cera abscondit. **Q**uādo vero electus quosq; p̄dicat: quādo celestia gaudia reuelat: tūc fauus distillat: qz quāta dulcedo sapiētie in corde lateat: per oris fragilitatē audientibus manifestat. **U**nde scriptum est. **H**abemus thesaurū istum in vasis fictilis. **I**deo subditur.

**M**el & lac sub lingua tua.]

**M**irū falsi predicatores mel in lingua portant: qd̄ sub lingua nō habent: qz celestia gaudia aliquādo predicāt tanq̄ veri sint: cū ipsi terrestrie bona desideria appetāt. **S**ancta vero mens mel in lingua portendit: qz sapiētie dulcedinē loquēdo ostendit: q̄ veraciter predicās audientes tanq̄ mellis dulcedinē reficit: lac gerit: qz cōgruenti sibi doctrina paruulos quosq; in ecclesia nutrit. **S**ub lingua autem bec oia sibi ipsi reseruat: qz in eternā dulcedinē assidue secū portat. **D**um em̄ terrena abiect: dum vicioz amaritudinē respuit. **I**n interiorib; sensibus sapiētie dulcedinē se pascit: quia robur colligit: vt ad eterna gradiēs in labore: vic lassescere, nō possit. **C**ui benedicēs:

**E**t odor vestimentor tuoz sicut odor thuris.]

**Q**uid per vestimēta hec: nisi sancta opera designant. **C**uius precedentū maloz turpitu do operis: ne videatur? **H**inc est scriptū est. **B**eatu qui vigilat & eius stodit vestimēta sua ne nudus ambulet: & videat turpitu do eius. **T**hus vero per significationē pro oratioe ponit: sicut scriptū est. **A**ccendat oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. **S**ancta itaq; aia in hoc mūdo q̄n potest bona opera operat: & bene operās desiderioz: & intentioe sancta

se extendit: nihilq; boni agit: nisi ea intē-  
tione vt ad celestia que diligit: quōq; perue-  
nire possit. Bene igit odor vestimentoz  
eius sicut thuris esse perhibet: q; in omni-  
bus operibus suis orat: dū perueniēdi in  
tentioe ea que vt bona operat. Sequit.

**¶ Ortus conclusus soror mea:  
ortus cōclusus: fons signatus.]**

Ortus sancta ecclesia existit: q; dū popu-  
los multos in fide gignit: quasi flores pul-  
chros bona terra emittit. Qui ortus cōclu-  
sus bene esse dicit: q; charitatis vallo cir-  
cūquaq; munis: ne inter numerū electoz  
reprobos aliquis ingrediat. Unaqueq;  
sua sancta etiā ortus cōclusus esse intelli-  
git: q; dū bona sua intentioe vite eterne  
abscondit: dū humanas laudes oīno con-  
tempnit: ipa bona intentioe se circūsepit:  
ne ad interitū rapiēda hostis antiquus  
irrupere possit. Fons etiā dicit: q; dū cele-  
stia assidue cogitat dū scientiā scripturaz  
semp in ventre memorie cōgregat: quasi  
aqua viuetes sancta mēs in se gignere  
nō cessat: quas sitietibus pximis prebere  
viresciant: valeat. Inde scriptū est dicē  
te dño: Qui biberit ex aqua quā ego dabo  
ei: nō sitiet in eternū. Sed aqua quam  
ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis  
in vitā eternā. Et alibi Qui credit in me  
sicut dicit scriptura: flumīa aque viue flu-  
ent de ventre eius. Sed cur dicit fons il-  
le signatus: nisi q; sensus spūalibus men-  
tibus indignis abscondit. In fidei enim  
hoī a dño dicit. Spūs aut vbi vult spirat  
et vocē eius audis: et nescis vnde veniat:  
aut quo vadat. Et iterum scriptum est.  
Signatū est super nos lumen vultus tui  
dñe. Quid em̄ ibi lamē signatū: hoc hic  
peuldat: s; fons signatus esse perhibet.  
Sanctus em̄ spiritus mentē quā replet et  
illuminās irrozar: et irrozans illuminat: et  
vt de luce eius videat quid appetat: et de  
rose refrigeret: ne calecat. Sequit.

**¶ Emissiones tue paradysus  
malozum punitorum: cum po-**

**mozum fructibus.]**

Quid emittit sancta ecclesia nisi cū sanctis  
operibus sancta verba quibus filios  
gignit et nutrit. Quozū dū alios vsq; ad  
martyriū perducit. Alios in sancta couer-  
satioe erudit. Hos sanguine martyrii ru-  
bentes ad eternā patriā transmittit: illos  
vero in sanctis operibus viuentes proxi-  
mis in exemplū sanctitatis tradit. Quid  
aliud q; pūnica et pomoz fructibus emittit-  
titur? Mala pūnica em̄ sub rubeo cortice  
multitudinē granoz continent. Fructus  
vero pomoz in se refectōis dulcedinē ha-  
bent. Sic sic martyres dū sub igne labo-  
rant: dū pro xpō sanguinē exterius funde-  
re nō dubitāt: multitudinē virtutū interi-  
us sibi cōgregant in mente. Sancti etiā  
quiq; qui in pace ecclesie viuūt: fructus  
pomoz gerūt: quia dū sancta opera faciūt  
proximis exempla tribuūt: quoz exhibi-  
tione quos se sequi volūt: reficiūt. Quoz  
quot em̄ sunt in ecclesia sancti: siue igne  
passionis ardeāt: siue in pace ecclesie quie-  
scentes succrescāt: sanctarū virtutū odorē  
tanq; suauitatis paradisum: et deliciāz cō-  
struere in se dū viuūt non cessant. Cuius  
paradisī vbertatē demōstrat: dū sub voce  
sponsi per arbuscoz nomina quasq; virtu-  
tes designat dicens:

**¶ Nardi cum nardo: nardus et  
crocus: fistula et cynamomū cuz  
vniuersis lignis libani: mirrha  
et aloe cum omnibus primis vn-  
gentis.]**

Quid em̄ per has diuersas aromati spe-  
cies designat: nisi sanctarū virtutū odor et  
profectus qui in sanctis habetur? Ex his  
quippe speciebus regalia vngenta confici-  
unt: ex his corpoz sanitates inueniant.  
Bene igitur virtutes animarū designāt:  
quibus congregatis et confectis: et bonis  
odor optinōis egredit: et egris animab;  
competēs sanitas reperitur. Sed adhuc  
laus ecclesie a sponso repetitur: cum sub-  
ditur.

**aa** Fons ortorum puteus aquarum uiuentium: que fluunt impetu de libano.]

**R**ecte in emissionibus ecclesie: fons ortorum et puteus aquarum uiuentium describitur. Quid enim per fontem et puteum: nisi sancta scriptura designat: que sic aquam sapientie generat: ut et potates semper reficiat: et tamen manare non desinat. Que bene ortorum esse perhibet: quia illorum specialiter est sancta scriptura: in quorum mentibus uirtutum semina oriuntur. Sed querendum nobis est: quare fons et puteus utriusque simul scriptura dicat: cum fons in superficie appareat: puteus uero in imis latens omnes se querentes maiori labore exerceat. Sed sciendum est quod diuina scriptura in quibusdam manifesta existens: in quibusdam uero locis obscura se prebens: et aliquando leuiter sistit inuenit: tanquam fons potat: et aliquando magna inquisitione eger: ut inuenta sumatur. Quia uero sancte scripture intellectus per aquam designat: ostendit alibi eius diuina uoce de reprobis dicit: Auferet dominus ab hierusalem: mittit eis sitim aque et famem panis. Et per esaiam dicit: Auferet dominus ab hierusalem: et iuda omne robur panis: et omne robur aque. Ubi notandum quod robur panis prius: et postea robur aque auferit. Dum enim graua dicta scripture non perquirunt: ut mandant: paulatim a scientia deciderunt: ut aliquando non lesuia etiam intellectu capiant. Sed aque iste bene de libano fluere cum impetu dicunt. Libanus enim ut dictum est dealbatio interpretatur. In baptismo quippe dealbamur: dum amissa nigredine peccatorum ad mundiciam noue uite reformamur. De libano ergo aque putei fluunt: quia in baptismo electi quique donum spiritus sancti accipiunt: quo illuminati scripture sacre sensum intelligunt. Que scripture scientia tanto fluit impetu: ut electos dum tangit ab huius uite amore submoueat: et ad eterna gaudia impetu sui quosque adherentes traiciat. Hinc est enim quod in psalmo scriptum est. Flu-

minis impetus letificat ciuitatem dei. Impetus enim fluminis ciuitatem dei letificat: cum per donum sancti spiritus fortiter inuidas scripture sapientia sanctam ecclesiam ut cuiuslibet capietis mentem in infusione sua exhilarat. Ad cuius spiritus aduentum malignus spiritus increpat: cum bis in sublequentibus dicitur.

**bb** Surge aquilo et ueni auster perfla ortum meum: et fluent aromata illius.]

**Q**uid enim per aquilonem qui in frigore stringit: et torpentes facit: nisi immundus spiritus designat: qui reprobos omnes dum possidet a bono opere torpere facit. Per austrum uero calidum scilicet uentus: spiritus sanctus figurat: qui dum mentes electorum tangit: ab omni torpore relaxat: et seruantes facit: ut bona queque desiderant operentur. Hinc enim dicit: Conuerte domine a pietate nostra: sicut torrens in austro. Surgat ergo aquilo et ueniat auster: et perflat ortum sponsi: et fluant aromata illius: ut uidelicet spiritus malignus ab ecclesia uel unaquaque electa anima discedat: et spiritus sanctus adueniat: qui uentus charitatis ignem cogitationibus infundat: et a torpore negligencie dum se infuderit: soluat. Quod dum agit aromata fluunt: quia dum ueniente sancto spiritu cor quod prius torpuit: ab ope se excitat: in ore sancte operantis opinionones per primos quosque sua uiter discurrunt: ut quicquid a dantes ad eadem se accendant: et austro flante idem spiritus sanctus se infundente uirtutum odore emittat: ut ubique sanctus ortus floreat: et post florem fructus redolentes et reficientes producat. In quem ortum sponsa dilectum inuitat cum subdit:

**Capitulū V**  
**U**eniat dilectus meus in hortum suum: et comedat fructum pomorum suorum. In hortum dilectus uenit et fructum comedit quando christus mentes uisitat: et bonorum